



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 2. De circumstantia Quis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

ergo, &c. Minorem probo. Quia gravitas ingrati-
tudinis eo major est, quo majora quis recipit beneficia,
sed qui in aliis confessionibus à pluribus, & gravio-
ribus peccatis fuit iustificatus, majora recepit benefi-
cia: ergo iterum peccans eo magis erit ingratus:
ergo, ut confessarius percipiat hanc majorem ingra-
titudinem, cognoscere debet peccata remissa, ex
quorum remissione gravitas ingrati-
tudinis augetur. Tenebitur ergo pœnitens peccata jam confessa, &
remissa iterum confiteri. Quod in nullius mentem
venit.

11. Obijcies primò Ratio, qua utitur Concilium
ad inferendam obligationem confitendi circum-
stantias mutantes speciem, æquè probat de notabi-
liter aggravantibus intra eandem speciem: ergo
idem de utriusque dicendum est. Antecedens proba-
tur. Nam Concilium sess. 14. cap. 5. obligationem il-
lam eo deducit, quod sine illis *Peccata ipsa, nec à
pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus in-
notescant, & fieri nequeat, ut de gravitate crimi-
num rectè censere possint, & pœnam, quam oportet,
pro illis imponere pœnitentibus. *Sed non explica-
tis circumstantiis notabiliter aggravantibus, ne-
queunt confessarii pœnam, quam oportet, imponere,
nec de gravitate criminum rectè censere; cum eo-
rum gravitas ex ejusmodi circumstantiis notabiliter
augeatur; imò unum peccatum majori pœna di-
gnum sit, quam duplex abique tali circumstantia
commissum, ut patet in eo, qui unam delectationem
morosam continuasset per duas horas, vel dupli-
cem delectationem discontinuam in dupli quadrante
habuisset: Ergo ratio, qua utitur Concilium,
æquè probat de circumstantiis aggravantibus, ac de
illis, quæ speciem peccati mutant.

12. Respondeo rationem Concilii id non probare
Quinimò tam longè fuit ab imponenda obliga-
tione confitendi circumstantias aggravantes intra
eandem speciem, ut verbis immediatè præcedenti-
bus eam obligationem excluderit, ut jam proba-
vi. Gravis igitur crimum, de qua censere de-
bent confessarii, juxta Concilium, non est gravitas
individualis, sed specifica, juxta quam, & peccato-
rum numerum, debent pœnitentiam imponere: su-
pra hæc enim tantum sunt iudices à Christo Domi-
no constituti. Sæpe respondet D. Thomas supra in 2.
scripto super 4. sent. dist. 16. art. 3. ad 2. *Sufficit (inquit)
cognoscere sacerdos quantitatem, qua ex nova specie con-
surgit. *Quia tantum est præceptum de mortalibus,
& de substantia, & specie, & numero peccatorum.
*Nec hæc limitatio (ait Prado sup. fol. 651. § ad 2.) est
voluntaria, sed sumitur ex natura rei, quia non est
idem judicium de essentia, & de accidentibus. *Nec
omnis circumstantia etiam notabiliter aggravan-
tis variat morale judicium confessarii quoad essen-
tialia, & substantialia, sed tantum quoad acciden-
talia, de quibus non magis, quàm de venialibus præ-
ceptum confessionis datur. Et confirmari potest,
quia si confessarii de gravitate individuali judicare
deberent, tenerentur pœnitentes explicare circum-
stantias, etiam minuentes malitiam individualem
peccati. Sequela videtur clara, quia earum notitia
valde necessaria est ad formandum judicium de ma-
jore, vel minori gravitate individuali peccati; cum
ex illis notabiliter decreseat, vel augeatur, & diver-
sum valde judicium, quoad quantitatem culpæ, in
Sacerdote causent. Hoc autem neque adversarii
concedunt, aliàs teneretur pœnitens sua peccata
excusare, quod ut quid imperfectum, & malum
rejeiunt D. Thom. Bonav. & alii. Dicendum igitur

est confessarios non fuisse constitutos iudices spe-
cificæ gravitatis individuali, sed super specifica pecca-
tum, ac proinde juxta istam tantum debere in pœna
injugendis æquitatem servare.

13. Obijcies secundò: plura inconvenientia ex
hac opinione necessaria consecutione deduci. Re-
spondeo, nullum absurdum subsequi in administratione,
quæ ex illa evidentè inferantur, nec inconvenientia
id censendum, quia Christus Dominus suo præ-
cepto, licet potuisset, noluit ad difficiliorem confes-
sionem nos adstringere; sicut nec ad confitenda remi-
ssa, nec ad lethalius confessionem non differenda.
Quæ ex questionibus subsistentibus magis con-
stabit.

14. Sententiam hæcenus stabilitam, & à D. Thom.
expressè traditam limitat ex ipso M. Joannes Blaz-
nez de Prado ubi sup. dub. 2. num. 14. fol. 649. dicens
Circumstantias notabiliter aggravantes esse de ne-
cessitate confessionis indirecte, nempe quando cir-
cumstantia non expressa, si non potest determinari
confitendi modus, ut ait Thomas de circumstantia, præ-
dictis in 4. dist. 2. 2. quæst. art. 4. in corp. Ex quo principio
inferit Prado plerumque debere explicari, sed pro
libito jam obligat, jam ab onere confitendi remitti
ut suis locis adnotabo. Qui proinde audendum non
est.

QVÆSTIO II.

De circumstantia, Quæ.

Plures sunt circumstantiæ, de quibus inter Do-
ctores valde controversum est, an sint aggra-
vantes tantum, an speciem peccati mutant, quæ
propter operæ præteritum duxi, brevi calamo di-
ligenter percurrere. Peccatorum circumstantiæ
duplex numerari solent Quæ, Quid, Vbi, Quando, Cur.
Cur. Quomodo, Quando: ex quibus, scitu digniora
hægemus, & majoris claritatis gratia per capita digita
propinabimus.

CAPVT PRIMVM.

*Utrum habens castitatis votum, de-
beat in confessione illud explicare, si
peccato alterius speciei, seu confis-
sio fuerit causa, ut alii non haben-
tes votum contra castita-
tem delinquant*

1. Ar. Thom. Sanchez in Summ. lib. 5. cap. 8. art. 1.
respondet, habentem votum castitatis
peccare contra votum, etiam si alterum pec-
cata contra castitatem procurrer. *quia Religiosus
(inquit) per votum solum promittit castitatem suam,
non alienam. *Huic sententiæ adhaeret Card. de La-
go disp. 16. sect. 4. nu. 156. Sed ex alio fundamento. No-
mirum, quia procurare peccatum alterius contra vo-
tatem, non est (inquit) in specie luxurie, sed alteri-
us vitii accipientis suam speciem ex ordine ad obli-
gationem indirectam castitatis obligantis indirectè
alios. Unde n. 152. arguit inconsequentiam P. Thom.
Sanchez, eo quod in Summ. lib. 1. cap. 6. n. 3. & docuerit
peccatum scandalum pertinere ad eandem speciem
peccati.

peccati, ad quam proximus inducitur. Probat in-
consequentiam Lugo, quia in illa opinione, qui ab-
solute promittit castitatem, peccare videtur contra
quoslibet promissionem, quoties contra virtutem cas-
tatis graviter delinquit.

2. Ego verò doctrinæ inconsequentiam non vi-
deo, quia vovens castitatem, tantum intendit se ob-
ligare ad abstinendum ab omni delectatione vene-
reæ, & ab operatione, quæ suæ castitati opponatur.
Votum autem nequit ultra voventis intentionem obli-
gare. Unde licet qui pravo suo exemplo, vel consilio
ad peccatum contra castitatem inducit, delinquat
contra virtutem castitatis, non ideo opus est, ut con-
tra proprium castitatis votum deficiat; ad plura enim
se extendit virtus castitatis, quam votum. Confirmat-
ur, nam per votum castitatis non magis vovet reli-
giosus castitatem, quam per votum paupertatis, pau-
peratem: sed qui consilium alteri furum, non peccat
contra votum paupertatis, ut supponunt communi-
ter Theologi: ergo qui consilium peccatum contra cas-
titatem, non peccat contra votum castitatis. Minor
probat, quia reservato in Religione peccato, con-
tra votum paupertatis, si quis consuleret alteri Reli-
gioso peccatum grave contra paupertatem, nemò di-
ceret tale consilium esse casum reservatum: Signum
igitur evidens est, voventem paupertatem non teneri
ex voto ad non consulendum peccatum contra pau-
peratatem. Cur ergo id non dicemus de vovente casti-
tatem? Hæc sententia videtur mihi tenenda propter
fundamentum Pat. Thom. Sanch. Et propterea, eam
tenent P. Ovied. 1. 2. tr. 6. de peccat. contr. 2. punct. 6.
n. 100. Caram. in regul. S. Benedicti. disp. 66. concl. 4. n. 986
Cistr. Palao 10. 3. tr. 16. disp. 3. punct. 1. & putat probabi-
lem. eand. hic disp. 8. q. 10. Dian. p. 7. tr. 11. resol. 27. Pel-
leat. in Manual. Regul. rom. 1. tr. 4. cap. 3. sect. 4. nu. 91. &
Tamburinus in Methodo expeditæ confess. lib. 2. cap. 7. §. 5.
num. 32.

CAPVT II.

*An, qui violavit votum solemnne cas-
tatis, v.g. Religiosus, vel Sacerdos,
aut sacris initiatus, & cum his car-
naliter se commiscens, teneantur in
confessione explicare solemnni-
tatem voti?*

Prima sententia affirmat. Ita Laym. Azor,
Coninch, & alii apud Dianam 1. p. tract. 7. res.
3. & 4. Quibus subscripsit Card. Lugo disp. 16.
sui. 4. Probat, quia sicut conjux per matrimonium
dedit dominium sui corporis alteri conjugi: Ita Reli-
giosus per votum dedit religioni, & Sacerdos, vel sa-
cris initiatus dedit Ecclesie: Sed conjux præter mali-
tiam contra castitatem, contrahit aliam adulterii co-
tra alterum conjugem: Ergo Religiosus, vel Sacer-
dos, &c. præter malitiam luxuriæ, & sacrilegii con-
trahit aliam contra fidem datam Religioni, vel Ecclesie.
4. Sed contra est: quia si alia esset malitia in pec-
cato Religiosi, vel Sacerdotis, maxime in iustitiæ Re-
ligioni, vel Ecclesie illata, sicut in peccato conjugis
est malitia iniustitiæ contra alterum conjugem: Sed
hæc non datur: Ergo nulla. Minorem probat. Quia
per votum, etiam solemnne, nemo intendit se obligare
ex iustitia, sed ex religione tantum erga Deum, & ad
sumum ex fidelitate erga homines, ut ex comuni
omnium intentione facile constat. Sed obligatio ex

fidelitate sub veniali tantum conscientiam ligat, ut
tradunt Lessius, Henric. Fumus, Petrus de Ledesma,
& alii quos citat, & sequitur Diana 2. p. tr. 3. Miscell. res.
9. & 3. p. tract. 5. Miscell. resol. 116. & 4. p. tr. 4. resol. 122.
Quod hoc fundamento innixi asserunt, promissionem
externam legitimè ab alio acceptatam non obligare
ex iustitia, nec sub mortali: Ergo & peccatum luxuriæ
contra votum solemnne castitatis non habet malitiam spe-
cie distinctam ab ea, quæ reperitur in peccato contra
votum simplex. Ergo nullum est caput, unde quis te-
neatur solemnitate voti in confessione explicare.
Urgetur nam Religio per votum non acquirit majus
dominium corporis religiosi, quam dominus corporis
mancipii per emptionem: sed mancipium contra
castitatem delinquens, nullam infert Domino iniusti-
tiam, ergo nec religiosus Religioni. Omitto, Reli-
giosus per votum, non ut mancipia, sed ut filios ha-
beri respectu Religionis.

5. Denique suadet hæc sententia, quia votum so-
lemnne castitatis non distinguitur specie à voto sim-
plici, ut cum Scoto, & aliis tradit Sanchez lib. 8. de mat.
disp. 21. n. 2. dicens ejusdem sententiæ videri omnes
qui asserunt votum solemnne castitatis ex solo jure Ec-
clesiastico dirimere matrimonium, quos ad septua-
ginta refert disp. 26. n. 2. Quo principio efficaciter
probat, Pontificem posse in illo dispensare, quod
tenent ferè centum Auctores, quos citatos sequitur
lib. 8. disp. 8. n. 7. Quorum plures testantur Pontifices
varis vicibus dispensasse. Non inferior alios Autho-
res potestatem dispensandi Pontifici negare. Et ut re-
fert Amadeus tr. de Matr. prop. 2. *Ad questionem de
facto respondet Mag. Corrad. 1. p. q. 3. 1. Quidam dicunt
Papam sic fecisse de facto, &c. Dico, quod etiam vidi Pon-
tificem facientem majora cum scandalo totius Christianita-
tis. Unde aliud est facere de facto, aliud determinare, quod
ita possit fieri de jure. Hæc ille, & ante illum Sylvest. M.
Sac. Palatii, per. votum, 4. §. Quinto queritur, ex quo fi-
deliter transcripsit Corrad. sed irreverenter quidem.
*Hæc tenet Amadeus. In quem propterea, pro com-
millitoribus vindicandis Baronius stomachatur, fol.
103. dicens: Quid peccavit Sylvester in Pontificem Roma-
num? & ut illius causam agat, Amadeo imponit ver-
ba truncasse. In quonam? in eo, inquit, quod ad invi-
diam & per summam calumniam subtrixit Amadeus, quam
addit Sylvester distinctionem facti, & decreti Pontifici, il-
lud aut interdum damnandum. Verum nil horum subtri-
xit Amadeus: recole ejus verba nuper adducta, &
distinctionem hanc expressam invenies, qua Sylvester
& Corradus abutuntur, ut ad questionem de facto
dispensationis in voto solemnne castitatis, respon-
deant: Nil ergo ad invidiam, & per summam calumniam
subtrixit Amadeus. Hæc est Baronio fides.

6. Propter hæc existimo, non esse obligationem
explicandi in confessione solemninitatem voti, sed suf-
ficere se accusare de peccato contra votum castitatis
in hac, vel illa specie luxuriæ, Ita P. Thom. Sanch. lib.
7. de Matr. disp. 27. & in Sum. lib. 5. cap. 6. n. 14. Filliuc. &
Llam. quos citat, & sequitur Dian. supra, apud quem
probabilem sententiam vocant Fagund. Henric. &
Villalob. Et probabilissimam, & tutam in praxi affir-
mat Lugo ubi supr. Adde non esse obligationem ex-
plicandi, an votum ex parte penitentis, an ex parte
complicis se habeat; dummodo explicetur peccatum
sacrilegii contra votum: nam quod ex parte penitentis,
vel alterius se habeat, non mutat speciem peccati.

7. Audiendi verò non sunt Doctores alii, apud
Sanch. lib. 7. de Matr. disp. 27. n. 20. & 21. Asserentes,
non solum celari posse circumstantiam solemninitatis voti,
sed & ipsum votum. Putant enim fornicationem Sacerdo-

tis,

vis, aut Monachi non addere circumstantiam speciei diverſam à ſimplici fornicatione, neceſſariò fatendam: quos ſequitur M. Joan. de Tabien. verb. *Votum 1. n. 3. notab. 2.* Verba eius ſunt: *Votum illius rei, ad quam tenemur, non eſt propriè votum, ſed confirmatio illius, ad quod tenemur, & per conſequens, non trahit ad aliam ſpeciem, & non eſt de neceſſitate confeſſionis. Sed tamen Archiep. Florentin. dicit, quod mutat ſpeciem, &c. Ut ſi quis voveat non fornicari. Sed quia D. Thom. dicit generaliter, & clarè, quod non eſt propriè votum, id eſt dicendum ſimpliciter, quod non mutat ſpeciem, ut dictum eſt: gravat tamen, quia non ſolum facit contra præceptum, ſed contra ſuam bonam deliberationem. *Hæc Tabiena: cujus opinionem protuſus rejiciendam dicit Thom. Sanch. lib. 7. *Marr. diſp. 27. n. 20.* & erroneam, & à veritate alienam appellat Caſtro de *leg. penul. cap. 10. col. 5.* quem in cenſura imitatur Illuſt. ac R. P. F. Petrus de Tapia, Archiep. Hiſp. in *ſua doct. Caten. mor. lib. 3. q. 3. art. 3. n. 4.* dicens: *Non ſolum eſt improbable, ſcandalolum, & temerarium, ſed erroneam. *Et ante illum eadem cenſura notavit M. Corradus 1. par. *Reſp. fol. 554. col. 1.*

7. Neque admitti poteſt excuſatio, quam trahit Baronius in opere contra Amadeum, diſp. 1. ſect. 1. §. ix. prope finem. fol. 99. dicens: *Tabiena autem non favet propoſitioni, quia negat eſſe votum caſtitaſis, & ſimplex tantum propoſitum admittit. *Sed hic eſſet error peior priori. Nam, quod Religioſus votum caſtitaſis emittat, abſque errore in fide negari non poteſt. De ſæcularibus vero Sacerdotibus, vel ſacris initiatis, licet certa fide tenendum ſit, poſſe votum caſtitaſis emittere, ac proinde illius rei, ad quam tenemur, eſſe propriè votum: fateor tamen dubium eſſe, an de facto emittant, an ex ſolo Eccleſiæ præcepto ad continentiam teneantur, ut tenent plures apud Sanchez ſuprà num. 9. quos citatos ſequitur Fr. Leander à Murcia in diſquiſ. moral. lib. 2. diſp. 2. reſol. 5. Ex quo principio, pluribus citatis, tanquam probabile defendit Sacerdotes ſæculares, & ſacris initiatos ſolam malitiam ſimplicis fornicationis contrahere. Cæterum gratis admiſſo, non ex voto, ſed ex ſolo præcepto teneri, (quod negant communiter Theologi cum Div. Thom. in 4. diſp. 37. quaſt. 1. art. 1. in corpore, ex cap. cum olim, de Clerico conjugato. Et ex cap. unico de voto in 6. & ex extravaganti antiqua, Joannis 22. de voto, & ex Concilio Tolentino 2. quod refertur cap. de hâ, diſp. 28. In quibus votum continentia Ordinis ſacris annexum dicitur) tenendum adhuc eſt, fornicationem fore ſacrilegam, quia præceptum illud ad religionem pertinet, eo quod caſtitaſis ab Eccleſia præcipiatur Clericis, ob reverentiam miniſteriorum ſacrorum, quibus vacanti ac proinde ejus violatio ſacrilega eſt. Quod ſatis conſtat, ex Concilio Tolentino 2. citato: ubi expreſſè Clericos fornicantes, tanquam ſacrilegii reos, ab Eccleſia rejiciendos decernitur. Et ita ſentiunt M. Sotus lib. 7. de juſt. q. 4. art. 2. colum. 4. verſ. de tertia propoſitione, Gutierrez quaſt. Canonic. lib. 2. cap. 7. nu. 3. Azor lib. 13. inſtit. moral. cap. 12. quaſt. 6. ad finem, & plures, quos ſequitur Sanchez ubi ſuprà num. 19. Ergo in quacumque opinione Sacerdotes, & ſacris initiati ſuum ſtatum, aut fornicationem ſacrilegam in confeſſione explicare tenentur.

8. Non tamen inſicior Doctores ſequentes opinionem negantem obligationem ex voto in Sacerdotibus ſæcularibus, & ſacris initiatis, probabiliter excuſare à malitia ſacrilegii ſimplicem deſectationem moroſam, nam ad hujusmodi actus internos

prohibendos Eccleſiæ præceptum non extenditur, ſed ad eos tantum, ſine quibus externi ſubſiſtunt, poſſunt: ſecus verò erit, ſi ex voto caſtitaſis tenentur, ut docent communiter Theologi, contra Tabien. de Herrera Auguſtinianum oppoſitum illi ſententiam in diſpoſitionibus mor. de ſtatu Religioſo, diſp. 6. n. 1. Ubi ſic dubium proponit, & diſſolvit. Si de peccato delectationis moroſa milita contra elvotoſam caſtitaſem? Reſponſo, quod non milita delectationis contra el voto, ſi bien ſe confidera, porque no ay voluntad de que brantarle, v.g. Si un Religioſo deſe vielle delectando en ſi, en penſar en coſas venereas, pero non tiene voluntad, ni conſiente en ellas, no ſolo ſe recrea con imaginatlas, & penſatlas, ſed moralmente con peccado, que ſella made de delectacion moroſa, pero yo no dire, qe ſe ſacrilegio contra el voto de la caſtitaſem, pues tiene intento de guardarle. *Hic ille: Verum hæc ſententia, ab errore Tabiena, totum diſtat, & ut improbable merito reſponſum datus de Torres in ſelect. p. 2. diſp. 16. dub. 2. & ab omnibus Theologis rejicitur, quia votum caſtitaſis abſoluta, quale à Religioſis explicite, & ab aliis Sacerdotibus implicite ſaltem emittitur, omnem tamen actum internum ſub ſe complectitur; & poſſit non poteſt non mortalem, ſpecialem malitiam contra virtutem Religionis, præter malitiam luxuriae derivare, ut bene P. Vazquez 1. 2. diſp. 11. cap. 2. n. 1. & Arriaga in curſu Theologico tom. 3. diſp. 47. ſect. 4. n. 1. Secus verò dicendum eſſet, ſi aliquis voveret ſecre caſtitaſem ſolo opere exteriori: hoc enim votum cum non eſſet caſtitaſis abſoluta, & totalis, ſed partialis, delectationes moroſas non comprehenderet, imò ex intentione votantis plane excluderet.

9. An verò, qui votum juramento confirmatum violavit, teneatur in confeſſione utrumque explicare, an alterum ſufficeret? Reſponſo, circumſtantiam juramenti omitti non poſſe, quia tale peccatum ultra malitiam contra votum, ſpecialem contrahit contra obligationem non adducendi dum in teſtem falſi, ut bene cum Henriquez, & Azor, dicit P. Sanch. lib. 7. de matrim. diſp. 27. n. 26. quos ſequitur Card. de Lugo diſp. 16. ſect. 4. n. 169. An vero poſſit circumſtantia voti omitti, explicatio juramenti? Non conveniunt Doctores. Negant ſuperiortati. Cæterum oppoſita ſententia mihi probabilior videtur. Nam juramentum Deo factum frequenter includit in ſe ipſo promiſſionem Deo factam, ut diximus tract. 2. diſp. 1. quaſt. 4. nu. 5. non enim adducitur ſolus ex ſolo ſine ſe in propoſito confirmandi; ac proinde, ni de ſpeciali non promittendi intentione deliberaverit, delinquens contra juramentum contrahit malitiam contra fidem Deo debitam, & malitiam contra obligationem non adducendi ſtem falſi. Ergo ſive pœnitens in confeſſione votum explicet, ſive non, verè declarat omnem malitiam ſpecificam ſui peccati: votum enim adducit juramento, aliam vim non habet quam renovationis voti, quod ex intentione jurantis ipſi juramento ineſt.

(. . .)

(17)

CAPVT III.

An qui pravo suo exemplo, vel consilio, inducit habentem votum castitatis ad peccandum contra castitatem, teneatur in confessione explicare votum proximi, cui scandalum dedit?

10. Prima sententia tenet. Volentem directè, seu consulentem peccatum contra castitatem, teneri explicare votum proximi, secus eum, qui directè non inducit ad peccatum, sed tamen facilitationem aliam, quam praevidet futuram proximo occasionem peccandi contra castitatem: hic enim nec tenetur explicare votum alterius, nec speciem peccati, ad quam illum induxit; sed satisfaciet se accusando de circumstantia scandalii. Ita Card. Lugo ubi supra num. 157. Navarr. in Sum. cap. 6. num. 19. P. Suarez disp. 10. de charitate, sect. 2. num. 9. Coninch disp. 32. de charitate, num. 46. & disp. 28. num. 12. Quibus accedit P. Salas tom. 2. l. 2. tr. 13. sect. 15. num. 128. & 134. Ubi asserit inductionem indirectam non esse in specie fornicationis; sed in specie scandalii, quod cum Lessio, & aliis, putat valdè probabile Pat. Oviedo supra puncto 6. num. 96.

11. Quod autem is, qui consultat alias prohibita, contrahat malitiam oppositam speciali virtuti, contra quam consultat, putat sine controversia Lugo supra num. 155. contra Caramuel, apud Diana p. 7. tr. 11. res. 7. quia si solum esset in tali consilio malicia scandalii, eo quod sit causa ruinæ spiritualis proximi, sequeretur, nullum esse peccatum inducere alium possumo consilio ad rem prohibita, quando ille ex oblatione, seu ignorantia invincibili non attendit ad prohibitionem; quia in tali eventu nullum damnum spirituale patere ex consilio: undè liceret consuleri, & inducere ad mendacium eum, qui invincibiliter ignoraret, hoc esse illicitum: quod nemo concedit.

12. Verùm hanc sequelam admittere non recusat Thom. Hurtado, ex Clericorum Minor. familia to. 2. variat tract. 12. cap. 1. num. 172. ubi sic ait: * Quando quis inculpabiliter ignorat aliquid esse prohibitum lege humana, vel divina, possum consilium dare, quod illud exequatur, nisi sit contrarius tertii, maxime si ex operatione ignorantiae sequitur contra jus alienius, est fundatum sit in illa ignorantia, * cui facit sententia Bordonii tr. Misc. decis. 294. sic scribens. * Non damnamus de peccato mortali eum sacrificam, qui ut effugiat incommo- dum faciendi consecrare calicem dilectum, exponit illum Sacerdoti infacio, ut ex consecratione vini fiat consecratus; ratio est, quia celebrans infacius non peccat: ergo cum ex ejus expositione non sit causa peccati in celebrante, non videtur ita peccare. * Hæc Bordonius: qui propter eamdem rationem idem de consulente dicere tenetur. His non parum favent, Dicastillo tom. de juram. disp. 2. n. 389. & Hurtado de Mendoza 1. 2. disp. 173. sect. 15. n. 199. Diana p. 7. tr. 7. res. 10. asserentes, eum qui sciens rem aliquam esse falsam, simul scit aliquos putare veram, posse ab illis exigere, ut sub juramento illam asserant. Probant primò: nam cum aliter deceptus putet esse verum, ab eo petitur materia hic, & nunc non mala. Secundò, quia quando actus praevidetur nullum damnum spirituale allaturus proximo, non addit circumstantiam scandalii. Undè idem Hurtado supra sect. 9. n. 85.

Part. II.

existimat, consulentem peccatum contra castitatem, non peccare contra castitatem, sed contra charitatem; & contra bonum prolis; quia lex inquit, castitatis tantum me obligat ad temperantiam in meis actibus, non verò in alienis. Ex quibus inferit, quod si quis amenti consultet peccatum contra castitatem, solum peccaret contra bonum prolis: cum his tamen componit consulentem futurum peccare contra charitatem, & contra iustitiam.

12. Secundam suæ conclusionis partem probat Lugo, quia castitas obligat me indirectè, ne alios inducam ad luxuriam, non tamen ut positivè procurem, alios esse castos. Undè licet peccet contra castitatem, qui proximo luxuriam consulit, non tamen peccat contra castitatem, qui proximo luxuriam non impedit. Similiter votum castitatis obligans alium directè ad religionem ad servandam castitatem, obligat me indirectè ne removeam illum ab observatione voti, non tamen obligat, ut ejus observationem procurem, sed virtus charitatis est, quæ ejusmodi obligationem inducit, quia scandalum indirectum non videtur habere aliam malitiam, nisi quatenus opponitur charitati erga proximum, cujus detrimentum spirituale impedire debemus, cum commodè possumus. Ergo sicut omittens correctionem fraternam, non tenetur explicare speciem peccati, quod in proximo non vitavit, ita qui ex sua actione praevidet proximum accepturum occasionem peccandi, non tenetur explicare speciem peccati, ad quam inducit, sed satisfaciet, si de peccato scandalii se accuset.

13. Cæterum fundamentum hoc levissimum est: nam si attendit res inspicitur, aliud est positivè procurare suasionem, vel Consilio, ut alius sit castus, aliud non efficere actionem, ex qua proximus praevidetur accepturus occasionem peccandi. Ad primum non obligat castitas, sed correctio fraterna. Secus verò ad secundum. Nec firma aliqua ratio oppositum suadet Lugo.

14. Ideò secunda, & vera sententia affirmat, tam qui Consilio, quam qui actione quavis alia habente speciem mali, inducit habentem votum castitatis ad peccandum contra castitatem, teneri explicare in confessione circumstantiam voti alterius. Ita P. Thom. Sanchez supra, & P. Vasquez ubi supra num. 20. in fine, & cum Bonacina, Azor, Coninch, & aliis, tradunt Diana 3. p. ar. 4. res. 114. & part. 5. tract. 7. res. 10. Hurtado de Mendoza 2. 2. disp. 173. sect. 8. num. 61. & P. Oviedo supra puncto 6. num. 96. Et debent tenere quotquot asserunt, pravum consilium, & actionem inducentem ad peccandum, si non intendatur directè ruina spiritualis proximi, non habere malitiam contra charitatem, sed contra illam virtutem ad cuius violationem inducunt. Quod tenent Albertus, Durandus, Angelus, & alii, quos sequitur P. Vasquez 1. 2. disp. 102. & Thom. Sanchez lib. 1. Sum. cap. 6. num. 3. Fundamentum est, quia qualibet virtus, sicut mihi prohibet, ne aliis ejus violationem consulam: ita etiam, ne aliis sim causa ejus violationis: sed qui facit actionem externam, quam praevidet futuram proximo occasionem peccandi contra castitatem, & contra votum; verè est causa moralis violationis castitatis, & voti; ergo verè delinquit contra castitatem, & votum: ergo tenetur ejusmodi circumstantiam in confessione aperire.

15. Ex dictis inferitur primò. Consulentem alteri peccatum, teneri explicare in confessione speciem peccati, quam consultat. Conveniunt Doctores utriusque sententiae. Inferitur secundò: eum, qui suo peccato externo est occasio, ut alii in specie distincta delinquant:

B b

19. Pars negativa mihi placet, quod attinet ad malitiam ex prohibitione Ecclesiastica proveniente, cum Cardin. Lugo *disp. 16. sect. 6. numer. 359*. Probatur: quia si ob aliquam rationem daretur specialis malitia in peccato confessarii cum poenitente, maxime, quia ex administratione Sacramenti Poenitentiae contracta fuisset cum illo a finitas aliqua spiritualis: Sed hæc non fuit contracta, ergo, &c. Minorem probat ex decreto Bonifacii VIII. in *cap. fin. in fine de Cognatione in 6*. Ubi decernit ex aliis Sacramentis præter Baptismum, & Confirmationem, nullam ortu cognationem spirituales. Unde licet ad veritatem demus, talem cognationem fuisse olim jure Ecclesiastico inducunt, ut videtur colligi ex *cap. omnes 30. quæst. 1*. Ubi inquit Simachus Papa, Quos in poenitentia accepimus, ita filii nostri sint, ac in Baptismo suscepti. Hodie tamen tam consuetudine, quam Pontificio decreto, lex ista Simachi est abrogata. Quapropter M. Sacri Palatii Victorius contrariam Patris Saponionem corripit, & oppositam ei injunxit, ubi supra.

20. Si verò sermo sit de malitia proveniente ex prohibitione divina naturali, existimo cum Lugo supra, confessarium teneri hanc circumstantiam aperire, quoties prætextu, & occasione Patris spiritualis, cum poenitente delinquit, maxime si ex præterita confessione fragilitatem eius cognoverit, indeque ad sollicitationem animum attraherit. Si enim hæc ita contingant, nemo inficiari poterit, confessionem valde odiosam reddi poenitenti, magnamque detrimentum in Sacramentum redundare: removenetur namque fideles ab eius usu, & frequentia. Ergo erit specialis irreverentia, & peccatum sacrilegium. Neque enim ob aliam rationem docent Theologi communiter, fractionem sigilli jure naturæ Divino prohibitam esse. In hunc sensum trahi possunt plures ex Doctoribus contrarie sentientes, qui in peccato cum filia confessionis, non incestum, sed sacrilegium agnoscunt. Secus autem dicerem, si alio titulo, quam confessoris, poenitentem suam inviseret, neque iudicia in confessione possent prudentis arbitrio occasione præbere sollicitationi: dum tamen ejusmodi lapsum alii non intelligant, vel si intellexerint, suspicari non possint ex occasione confessionis provenisse: aliter fornicaria & honesta à Sacramento Poenitentiae retraherentur.

21. Secunda difficultas, sub titulo questionis comprehensa, est: An possit confessarius sui complices peccati confessionem excipere? Quæ in idem recidit cum illa: An possit poenitens suum peccatum confiteri eidem confessario, quo cum illud commisit? Affirmant Joannes de Medina *Cod. de confessione, cap. de circumstantiis mutantibus speciem*. Jacobus Grassius *1. p. decis. lib. 1. cap. 20. numer. 30*. Qui supponentes, ut licetam sine controversia ejusmodi confessionem, docent; sua peccata confiteri Sacerdoti, qui eorum particeps fuit, satis esse, dicat: *Peccavi in his, quæ tu nosti, quomodo alia peccata non commiserit*. Et ita expressè tenet Joannes Sanchez in *Selectis disp. 11. numer. 16* dicens: nullum ibi crimen intervenire, & ita censere S. Thom. licet ab aliis pro contraria sententia adducatur. Quibus addit Marcum Vidal ubi *sup. nu. 12. cum Diana p. 5. tract. 14. resol. 110*.

22. Hanc sententiam libenter amplector, pro casu, quo non sit periculum novi consensus, & committendi sacrilegium, quia his seclusis, cum poenitens sit rectè dispositus, & confessori nullibi sit prohibitum, illum absolvere, valdè, & licitè efficere poterit. Et cum hac limitatione defendunt D. Thom.

Pars II.

Sorns, Sylvester, Ledesma, & Victorius, apud Henriquez *de poenit. lib. 3. cap. 13. numer. 9. in Glos. litt. Q*. Et consentit Basilius supra, qui prædictum periculum novi consensus ex parte solius confessarii videtur admittere, & non semper; sed quando frequenter cum poenitente rem habuerit, ejusque veluti concubina sit. Et quod ex parte solius confessarii se teneat, supponit etiam D. Thom. in *additionibus ad 3. p. quæst. 20. artic. 2. ad primum*, ubi ait, sceminam non debere illi confiteri; tum propter periculum, tum quia est minor verecundia: * Si tamen inquit, absolveret, absolutio valeret. * Quam doctrinam dicit esse verissimam Card. Lugo *disp. 16. sect. 6. numer. 362*. Vera autem esse non posset, si periculum se haberet ex parte poenitentis; nam cum poenitens scienter poneret obicem, non posset valdè absolvi: Præsertim autem periculum in eo consistere videtur, ut ex Basilio Pontico docet Lugo, quod confessario adhuc in peccatis cum poenitente perseveranti, confessione criminis, eius memoria renovatur, & ex ipsa confessione, cognoscit iterum affectum poenitentis erga ipsum, cui periculum lapsus est annexum.

23. Verum hoc periculum relativum est ad ætatem, & complexionem confessarii: atque adeo, qui ætate, & complexionem attentis, non habuisset periculum novi consensus, poterit absque culpa confessionem suæ concubina excipere: imò aliquando id expedire putant aliqui, cum Joanne Sanchez, & Marco Vidal ubi supra: ne apud alium confessarium difametur, vel ut citius à peccato liberetur, vel ut conscientiam illius melius cognitam commodius reconcillet. Quod de confessario dictum est, de concubina dictum reputa: poterit enim sine scrupulo confiteri, dummodo talis confessio ipsi concubina non sit occasio permanendi in periculo proximo peccandi, nec probabiliter timeat periculum aliquod consensus ex parte confessarii.

24. Totam hanc doctrinam supponit Thom. Hurtado *tom. 1. resol. moral. tract. 4. cap. 6. resol. 8*. & ea posita, valdè inclinat, vel potius aperte sentit, poenitentem sollicitatum à confessario ad inhonestam, in ipsa confessione, non teneri denunciare Inquisitioni confessarium, si eidem sua peccata confiteatur. * Quia confessarius, inquit, utpotè habens jurisdictionem, potest illum absolvere, & aliunde non tenetur imponere onus, ut ipsum denuntiet, cum nemo teneatur facere, quod alius denuntiet ipsum, ac proinde poterit poenitens absolvi sine onere denunciandi. * Quæ est doctrina singularissima, & valdè notanda, quam putant probabilem Trimarchius, Franciscus Maria de Agrifoliis, Freitas, Lorca, Ambrosius Romanus, & Emanuel de Avila, omnes viri doctissimi, apud Hurtado supra, & alii DD. Complutenses ab ipso consulti. Verum nec doctrinæ consequentiam, nec probabilitatem capio: quia sceminam, aut vir sollicitatus in actu sacramentalis confessionis tenetur ex præcepto Pontificis, & ex mandato Inquisitionis, sub pena excommunicationis lata sententia, denunciare confessarium sollicitantem, ut tradit ipse Hurtado *supra cap. 8. resol. 47. numer. 361. & 367*. Ergo quamvis in tali casu confessarius non teneatur imponere onus ut ipsum denuntiet, poenitens tamen tenebatur denunciare. Hæc sententia est omnino tenenda, & contraria Thom. Hurtado, & aliorum non solum est improbabilis, sed ut minimum, ut scandalo damnata, & prohibita est ab Alexandro Septimo, die 24. Septemb.

anno 1665.

Bb 2

QUÆ.